Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35039
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



de qua tribu salmator erat preco nomine salmatoris lecto hesitavit nec ne
esset citandum quia statim quod preco legendo non audivit ipsum adesse debebat mox
ipsum citare sed hesitavit hoc facere quia censor erat quod ubi intellexit nero iussit
et collegi sui scilicet salmatorem citari et quia populi iudicio dampnatus esset equum
vendere quia illa erat pena non apparentis in centuria equitum scilicet perdere sal-
mator quoque eadem tamen alter pone persecutus est neronem id est pro eadem pena
sibi data accusavit neronem causa ad iectam quod non sincera id est integra fide secum
in gratiam id est in amiciciam redisset et penis non ex iusticia sed odii malicia eum
eum iudicasset Quibus viris hic alloquitur valerius condicione istorum duces
quibus viris signis deorum celestium significasset futurum ut sanguis eorum serie
illustrium ymaginum ductus atque propagatus in ortum id est nativitate salmatoris
nostri principis confluerent in inimicicias intereere depositis se artissimo amicicie
federe iunxissent patriam ab ipsis fundatam quia quilibet istorum multa pro patria
servanda fecit sicut patet infra libro viii° capitulo de severitate ygematibus scilicet demumque
iuppiter et libro vi° capitulo de sa. scilicet cum adversus eam stirpe fundatus relictum
Ex hac littera aperte claret quod sequitur loquitur de tiberio et penis tiberii tempore
hunc librum scripsit quia octavianus non fuit stirpis salmatorum et claudiorum sed
omnino tyberius quia livia mater tyberii fuit de claudiis sed eius verus carnalis
pater fuit de salmatoribus secundum cronicas ¶ Salmator prosequitur quod sal-
mator persecutus vel prosecutus est neronem Ad cuius intelligenciam nota quod propter
talem sententiam a nerone datam hic salmator fuit a triginta quatuor tribubus
censor a consule lectus tunc iste illas triginta quatuor tribubus accusavit quod debe-
bant censum et eum tribuere quia cum se dampnasset consulem et censore postea
fecissent necesseque erat eas altero crimine inculpari aut temeritatis eum iniusticiam
condempnando aut periurium contra statuta ipsum eligendo unam tamen modo tribum scilicet
meciam quia sic vocabatur nota id est infamia vacua reliquid que tribus suffragiis id est
auxiliis suis ut sicut eum non dampnando ita ne honore quidem dignum iudicavit
Nota ex hac littera in roma triginta quinque tribus fuisse in quas populus erat
distinctus Que omnes una excepta cum nerone ipsum condempnaverunt et ipsum hee eadem postmo-
dum consulem et censorem elegerunt pro qua causa eas punivit Centuria sicut dicit
ysidorus libro ix° capitulo iii° est pars exercitus in milites divisa centenos unde et
qui hiis presunt centuriones dicuntur Quam putamus hic valerius commendat sal-
matorem dicens Quam procellidi ingenii et consultacionis putamus illum fuisse
qui neque iudiciorum exitu tristi compelli neque honorum magnitudine potuit adduci
quo pro ut se ad ministracionem rei publice gereret blandiorem Nam hic salmator
valde terribilis fuit ut potes videre infra libro ix° capitulo de ira scilicet Eo adversus ·/·

Equestris ordinis etc. Istos qui negligentes
fuerunt precepto dictatoris inobedientes censores equos publicos id est a re
publica concessis permanserunt et in erarium contendendos retulerunt Vi-
de ergo quod nobilitas nec multitudo censorum potuit evadere potenciam ·/·

Turpis etiam metus etc. Tangit auctor
duplex censorie dignitatis exemplum Ad cuius intelligenciam sciendum quod propter
cannensem infelicem pugnam commissam metellus questor cum pluribus
militibus equitibus romanis iuravit se de ytalia abire quos propter timorem
turpem et quia improbum et virum valente cadere non potest marcus actilius

ca · 8

a salmatore